

1581 15 Martii.

127
Ex libello impreso Citae.

Gregorius XIII. Pontif. Maximus
Joanni, Joannis Magni Moschoviae Ducis
filio primogenito.

19
Dilecte Fili de. Salutem et Apostolicam
benedictionem. Libentissimè complexi sumus hanc
opportunitatem ad tuam Nobilitatem scribendi;
teq; salutandi per dilectum filium Antonium
Sopsevinum Theologum insignem, ac Societatis
Jesu Sacerdotem, ac prudentia spectatissimum,
quem ad Clarissimum et Potentissimum Virum
Patrem tuum mittimus. Speramus has literas
et salutationem non ingratarum tuæ Nobilitati
futuram: profuissimè enim à charitate paterna
atq; ab optimo desiderio Salutis tuæ et gratia,
quam tibi à Domino precamur toto pectore.
Hæc enim sola expetenda est. humane enim
res omnes quamvis maxime, fluxæ sunt,
et caducæ, brevissimoq; momento convertuntur
atq; intereunt. sola Divina autem gratia,
est fons ille aquæ vivæ salientis in vitam
æternam, quam pollicetur Dominus retribu-
tionem ijs, qui eum agnoscunt, atq; ut oportet
colunt. Hanc igitur tuæ Nobilitati optamus,
et precamur, quæ nihil amplius et prestantius
optare et precari possumus. Speramus etiam
te pro tua humanitate libenter, Sopsevinum
visurum, Ejusq; verbis omnem præem tribulationum.
Erit id Nobis gratissimum. — Datum Romæ
apud Sanctam Petram sub Annulo Piscatoris
die XV. Martij 1581. Pontificatus nostri Anno 9.

Moschica.

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.